



Die Hamlet-Sage des Saxo Grammaticus

Quelle des Originaltexts: Det Kongelige Bibliotek,
[http://wayback-01.kb.dk/wayback/20100504154321/http://www2.kb.dk/elib/lit/dan/saxo/lat/or.dsr/
index.htm](http://wayback-01.kb.dk/wayback/20100504154321/http://www2.kb.dk/elib/lit/dan/saxo/lat/or.dsr/index.htm)

Lektüreauszüge

Hinweise zu den Hilfen und Übungen

Die Vokabelhilfen stehen je Absatz rechts daneben. Hinter dem Gedankenstrich (–) steht die deutsche Bedeutung. Manchmal wird stattdessen hinter einem Gleichheitszeichen (=) ein lateinisches Wort mit der gleichen Bedeutung oder hinter einem Doppelpunkt (:) eine Erläuterung gegeben. Bei Verben wird häufig der Kasus genannt, mit dem sie im Lateinischen konstruiert werden. Beispiel: pendere – Strafe zahlen für (+Gen.) bedeutet, dass das, wofür man Strafe zahlt, im Lateinischen nicht im Akkusativ, sondern im Genitiv steht.

Wenn du eine Vokabelhilfe gelesen hast, kannst du sie anstreichen, dann weißt du immer, wo du gerade bist. Wenn du weitere Vokabeln im (Langenscheidt-)Wörterbuch nachschlägst und diese dort ein schwarzes Dreieck (▶) haben, denke daran, sie in deine Lernkartei aufzunehmen und zu lernen.

Zu diesen Texten erhältst du außer den Vokabelangaben einige digitale Hilfen, die dir die Gewöhnung an Saxos Schreibstil erleichtern sollen. Es handelt sich dabei um Grammatikaufgaben, die zur richtigen Übersetzung hinführen. Bearbeite sie zunächst selbst. Mit der Lösung kannst du dann weiterarbeiten und außerdem deinen Kenntnisstand einschätzen.

Folgende Aufgabentypen gibt es zum Beispiel:

- Markiere Subjekte und Prädikate* (→ Damit hast du den Satzkern bestimmt, weißt also schon einmal, was geschieht und wer handelt, und hast somit schon grob die richtige Richtung für deine Übersetzung. *Auch Infinitive, denn diese ergänzen entweder Prädikate wie z.B. in „er fing an zu tanzen“ oder sind Prädikatsinfinitive im AcI, und Partizipien im Nominativ, denn sie sind meist Teil eines P.C. und geben auch an, was das Subjekt tut.)
- Ordne den Substantiven die nach KNG-Kongruenz zugehörigen Adjektive zu (→ Diese stehen in den Sätzen öfters nicht direkt zusammen; mit der Zuordnung ist dann schon eine wesentliche Schwierigkeit geschafft.)

Ein verhängnisvoller Erfolg

In der Vorgeschichte der Amleth-Sage streiten die Brüder Horwendil und Fengo bei der Verteidigung Dänemarks um die Gunst ihres Königs Rorik. Horwendil ist dabei zunächst erfolgreich:

Dan 3.6.4 (p. 77,17)

<p>[1] Horwendillus triennium fortissimis militiae operibus emensus, opima spolia delectamque praedam Rorico destinat, quo sibi propiorem amicitiae eius gradum conscisceret. [2] Cuius familiaritate fultus filiae eius Geruthae connubium impetravit, ex qua filium Amlethum sustulit.</p>	<p>triennium – drei Jahre; emetiri, emetior, emensus – durchleben, verbringen; spolia opima (n.pl.) – Ehrenrüstung(en); consciscere – (freiwillig) wählen, (hier:) sich erwerben; fultus – gestützt auf (+Abl.); tollere, tollo, sustuli, sublatum – (hier:) zeugen (ex – mit)</p>
--	--

Grammatik: Participium Coniunctum, Deponentien, Hyperbaton

Dan 3.6.5 (p. 77,21)

<p>[1] TantaefelicitatisinvidiaaccensusFengofratreminsidiis circumvenireconstituit. [2] Adeonea necessariisquidem securavirtus. [3] At ubi datus parricidio locus, cruenta manu funestamentislibidinem satiavit. [4] Trucidati quoque fratris uxore potitus incestum parricidio adiecit. [5 – schwierig!] <i>Quisquis enim uni se flagitio dederit, in aliud mox proclivior ruit; ita alterum alterius incitamentum est.</i> [6] Idem atrocitatem facti tanta calliditatis audacia textit, ut sceleris excusationem benevolentiae simulatione componeret parricidiumque pietatis nomine coloraret. [7] Gerutham siquidem, quamquam tanta mansuetudinis esset, ut neminem vel tenui laesione commoverit, incitatissimum tamen mariti odium expertam, salvandaeque eius gratia fratrem a se interfectum dicebat, quod mitissimam et sine felle feminam gravissimum viri supercilium perpeti indignum videretur. [...]</p>	<p>circumvenire – umzingeln, (hier:) überlisten; necessarius, i m – (hier:) enger Verwandter; parricidium, i n – Mord (an einem Verwandten); cruentus, a, um – blutig; funestus, a, um – tödlich, unheilvoll; trucidare – niedermetzeln, töten; potiri, potior, potitus sum – sich einer Person/Sache (+Abl.) bemächtigen; adicere, adicio, adieci, adiectum – hinzufügen; se dare – sich einer Sache (+Dat.) hingeben, einer Sache verfallen; proclivis, is, e – abschüssig, (hier:) leicht; Die Grauenhaftigkeit der Tat verbarg er mit einem so verwegenen Kunstgriff, dass er eine Entschuldigung für das Verbrechen durch das Heucheln von Wohlwollen ersann und den Mord mit dem Schein der Wohltätigkeit färbte. Er sagte nämlich, Gerutha habe, obwohl sie so sanftmütig sei und niemanden auch nur mit der kleinsten Reizung verärgert habe, dennoch den maßlosen Hass ihres Ehemannes erfahren, und um sie zu retten, sei der Bruder von ihm getötet worden, weil die außergewöhnlich milde und von Bitterkeit freie Frau es nicht verdient zu haben schien, das furchtbar strenge und finstere Wesen ihres Mannes zu ertragen.</p>
--	--

Lexik: Suche aus dem Text positiv bewertete Wörter zu Tugenden, guten Taten, Eigenschaften und Stimmungen sowie negativ bewertete zu Lastern, schlechten Taten, Eigenschaften und Stimmungen heraus. Ordne sie in zwei Listen, einer Tabelle oder Mindmap.

Grammatik: Steigerung, Ellipse von esse, Gerundivum, evtl. Genitivfunktionen (obiectivus, qualitatis), audacia calliditatis = Genitivus inhaerentiae? (Menge (2000), S.371)

Sei schlau, stell dich dumm!

Fengo wird anschließend, wie in Dänemark üblich, von den Edelleuten zum neuen König gewählt. Amleth beschließt nach diesen Ereignissen, so zu tun, als wäre er verrückt:

Dan 3.6.6 (p. 77,36)

<p>[1] Quod videns Amlethus, ne prudentius agendo patruo suspectus redderetur, stoliditatis simulationem amplexus extremum mentis vitium finxit eoque calliditatis genere non solum ingenium textit, verum etiam salutem defendit. [...]</p> <p>[6] Interdum foco assidens favillasque manibus verrens ligneos uncos creare eosdemque igni durare solitus erat; quorum extrema contrariis quibusdam hamis, quo nexuum tenaciores existerent, informabat. [7] Rogatus, quid ageret, acuta se referebat in ultionem patris spicula praeparare. [8] Nec parvo responsum ludibrium fuit, quod ab omnibus ridiculi operis vanitas contemneretur, quamquam ea res proposito eius postmodum opitulata fuerit.</p>	<p>patruus, i m – Onkel; reddere – jmd. (zu etwas) machen, im Passiv: (zu etwas) werden; stoliditas, atis f – Dummheit; amplecti, amplector, amplexus sum – umarmen, (hier:) anstreben, auf etwas (+Akk.) Wert legen; mentis vitium – Geisteskrankheit</p> <p>focus, i m – Ofen; assidere – an etwas (+Akk.) sitzen; favilla, ae f – Asche; verrere – scharren; ligneus,a,um – hölzern; uncus, i m – Klammer, Haken; hamus, i m – (Wider-)Haken; nexuum tenaciores – ziemlich starke Verbindungen; informare – zu etwas (+Dat.) formen; ultio, onis f – Rache; spiculum, i n – Spitze, Speiß; ludibrium, i n – Spielerei, (hier:) Erheiterung, Gespött; vanitas, atis f – (hier:) Sinnlosigkeit; propositum, i n – Vorhaben; opitulari, opitulor, opitulatus sum - helfen</p>
--	---

Grammatik: Gerundium, Dativus finalis, Prädikativum

Fliegt der Schwindel auf?

Da ein solches Verhalten natürlich doch Verdacht erregt, versucht man Amleth Fallen und Fangfragen zu stellen, die jedoch zu keinem eindeutigen Ergebnis führen. Schließlich kommt die folgende Idee zur Anwendung:

Dan 3.6.12

<p>[1-5] [Quidam amicorum Fengonis dicebat] solum cum matre Amlethum cubiculo claudi oportere, procurato antea viro, qui ambobus insciis in obscura aedis parte consisteret, quid illis colloqui foret, attentius excepturus. [6] Futurum enim, ut, si quid filius saperet, apud maternas aures eloqui non dubitaret nec se genetricis fidei credere pertimesceret. [7] Idem se explorationis ministrum cupidius offerebat, ne potius auctor consilii quam exsecutor videretur. [8] Delectatus sententia Fengo, facta longinuae profectionis simulatione, discedit.</p> <p>Dan 3.6.13 (p. 80,21)</p> <p>[1] Is vero, qui consilium dederat, conclave, quo cum matre Amlethus recludebatur, tacite petivit submissusque stramento delituit. [2] Nec insidiarum Amletho remedium defuit: veritus enim, ne clandestinis cuiuspiam auribus exciperetur, primum ad ineptae consuetudinis ritum decurrens obstrepentis galli more</p>	<p>cubiculum, i n – (Schlaf-)Zimmer; procurare – (hier:) beauftragen; ambo – beide; quid...excepturus = ut attentius exciperet, quid colloqui illis foret (was für ein Gespräch sie führen würden); excipere – (hier:) wahrnehmen, lauschen; futurum (ergänze: esse) ist indirekte Rede: Es werde nämlich geschehen; pertimescere = timere; minister – Ausführer, Helfer; exsecutor – Vollstrecker; profectio, onis – Aufbruch, Reise</p> <p>conclave = cubiculum; quo – (hier:) wohin; recludebatur – sich zurückzog (mediales Passiv); stramentum, i n – Stroh; delitere, deliteo, delitui = latere; clandestinus,a,um – heimlich, geheim; quispiam = aliquis; ritus, us m = modus; (de)currens; (ob)strepere – tönen, lärmern, (hier:) krähen; more (= Ablativ von mos, moris n) – nach Art von, wie ein (+Gen.); occentus, us m – Geschrei; plausus, us m – das Klatschen, Schlagen;</p>
--	--

<p>occentum edidit, brachiisque pro alarum plausu concussis, conscenso stramento, corpus crebris saltibus librare coepit, si quid illic clausum delitesceret, experturus. [3] At ubi subiectam pedibus molem persensit, ferro locum rimatus suppositum confodit egestumque latebra trucidavit. [4] Cuius corpus in partes conscissum aquis ferventibus coxit devorandumque porcis per os cloacae patentis effudit [...]</p>	<p>corpus librare – fliegen, seinen Körper schwingen; si...experturus = ut experiretur, si...; moles, is f – Masse; rimari, rimor, rimatus sum – aufwühlen, auseinanderwühlen; suppositum, egestum (von supponere, egerere): ergänze virum; latebra – Versteck; os, oris n – (hier:) Mündung, Ausfluss; effundere, effundo, effudi, effusum – ausgießen, wegspülen;</p>
---	---

Grammatik: (Nominaler) Abl Abs, Oratio obliqua, u-Deklination, PFA

Vorwürfe an die Mutter

Dan 3.6.14 (p. 80,31)

<p>[1] Taliter elusis insidiis, conclave repetit. [2] Cumque mater magno eiulatu questa praesentis filii socordiam deflere coepisset: 'Quid,' inquit, 'mulierum turpissima, gravissimi criminis dissimulationem falso lamenti genere expetis, quae scorti more lasciviens nefariam ac detestabilem tori condicionem secuta viri tui interfectorem pleno incesti sinu amplecteris et ei, qui prolis tui parentem exstinxerit, obscenissimis blandimentorum illecebris adularis?' [3] Ita nempe equae coniugum suorum victoribus maritantur; brutorum natura haec est, ut in diversa passim coniugia rapiantur; hoc tibi exemplo prioris mariti memoriam exolevisse constat.</p> <p>[4] Ego vero non ab re stolidi speciem gero, cum haud dubitem, quin is, qui fratrem oppresserit, in affines quoque pari crudelitate debacchaturus sit. [5] Unde stoliditatis quam industriae habitum amplecti praestat et incolunitatis praesidium ab extrema deliramentorum specie mutuari. [6] In animo tamen paternae ultionis studium perseverat, sed rerum occasiones aucupor, temporum opportunitates opperior. [...]</p> <p>[9] Tibi vero supervacuum sit meam lamentari desipientiam, quae tuam iustius ignominiam deplorare debueras. [10] Itaque non alienae, sed propriae mentis vitium defleas necesse est. [11] Cetera silere memineras.' [12] Tali convicio laceratam matrem ad excolendum virtutis habitum revocavit praeteritosque ignes praesentibus illecebris praeferre docuit.</p>	<p>eludere, eludo, elusi, elusum – (hier:) einer Sache entgehen, eine Sache vereiteln; eiulatus, us m – Geheul, Geschrei; socordia – Stumpfsinn; quid (hier:) = cur; dissimulatio, onis f – Maskierung, absichtliches Übersehen; scortum, i n – Hure, Prostituierte; lascivire – zügellos sein; incestum, i n – Blutschande, Inzest, (hier allgemein:) Unzucht; exstinguere, exstinguo, exstingi, exstinctum – auslöschen, töten; blandimentum, i n – Liebkosung, Schmeichelei; illecebra, ae f – Verlockung, Reiz; adulari, adulator, adulatus sum – jemandem (+Dat.) schmeicheln, jemanden (+Dat.) verehren; equa – Stute; maritare = jemandem verheiraten; brutum = bestia; exolescere, exolesco, exolevi – verschwinden;</p> <p>ab re – ohne Grund; affinis, is m/f – Verwandte(r); debacchari, debacchor, debacchatus sum – toben, wüten; habitus - praestat – es ist besser; ab ... mutuari – etwas (+Akk.) durch etwas (ab+Abl.) erreichen; ultio, onis f – Rache; aucupari, aucupor, aucupatus sum – auf etwas lauern; opperiri, opperior, oppertus sum – auf etwas warten;</p> <p>de-sipientia: Gegenteil von sapientia; quae: bezieht sich auf tibi; memineras: Konjunktiv Perfekt hier als Iussiv gebraucht; convicium, i n – Vorwurf, Tadel; lacerare, lacero, laceravi, laceratum – zerreißen, (hier:) schelten, verletzen; ignis, is m – (hier: Feuer der) Liebe;</p>
--	---

Polysemie amplecti: habitum amplecti; simulationem amplexus; interfectorem amplecteris; vgl. englisch embrace

Intrige gegen Intrige


Auf Nachfrage berichtet Amleth wieder verklausuliert unter dem Anschein des Wahnsinns, aber wahrheitsgemäß, was mit dem Lauscher geschehen ist. Man lacht über Amleths absurd klingende Geschichte, Fengo aber durchschaut sein Spiel und möchte ihn loswerden.

Dan 3.6.16 (p. 81,17)

<p>[1] Cumque Fengo privignum indubitatae fraudis suspectum tollere vellet, sed id, tum ob avi eius Rorici, tum ob coniugis offensam exsequi non auderet, Britanniae regis officio necandum duxit, innocentiae simulationem alieno ministerio quaesiturus. [2] Ita dum occultare saevitiam cupit, amicum inquinare quam sibi infamiam consciscere maluit. [3] Discedens Amlethus matri tacite iubet, textilibus aulam nodis instruat suasque post annum inferias falso peragat, eoque tempore reditum pollicetur. [4] Proficiscuntur cum eo bini Fengonis satellites, litteras ligno insculptas (nam id celebre quondam genus chartarum erat) secum gestantes, quibus Britannorum regi transmissi sibi iuvenis occisio mandabatur.</p> <p>[5 – schwierig!] Quorum Amlethus quietem capientium loculos perscrutatus litteras deprehendit. [6] Quarum perlectis mandatis, quicquid chartis illitum erat, curavit abradi, novisque figurarum apicibus substitutis, damnationem suam in comites suos, mutato mandati tenore, convertit. [7] Nec mortis sibi sententiam ademisse et in alios periculum transtulisse contentus, preces huiusmodi falso Fengonis titulo subnotatas adiecit, ut Britanniae rex prudentissimo ad se iuveni misso filiam in matrimonium erogaret.</p>	<p>privignus, i m – Stiefsohn; tum...tum – einerseits...andererseits; offensa, ae f – Ungunst, Verärgerung; officium, i n – (hier:) Gefälligkeit, Dienstleistung, Gefallen; necandum: ergänze zu: eum necandum esse; alieno ministerio: durch Hilfe von außen; inquinare – beflecken, mit hineinziehen; iubet: hier mit Konjunktiv Präsens statt klassisch mit Acl; aula, ae f – Palast; textilis nodus – gewebtes Band; inferiae, arum f pl – Begräbnis, Leichenfeier; bini – zwei; satelles, satellitis m – Diener, Helfer; litteras ligno insculptas (Plural) – einen auf Holz geschriebenen Brief; gestare – tragen; occisio, onis f Tötung;</p> <p>loculus, i m – Schatulle (zur Aufbewahrung von Wertsachen); illinere, illino, illevis, illitum – auf etwas (+Dat.) schmieren, schreiben; curavit abradi – entfernte, radierte aus; novisque ... substitutis – und indem er neue Schriftzeichen an die Stelle setzte; tenor, oris, n – Inhalt, Sinn; adimere, adimo, ademi, ademptum – wegnehmen, jemanden (+Dat.) von etwas befreien; erogare (hier) = dare</p>
---	---

Lexik: Polysemie: tollere (privignum tollere vs. ex qua filium sustulit)

Gramatik: Satzbauplan zu Satz 5



Amleth gelingt es, sich beim König und der Bevölkerung großes Ansehen zu verschaffen.

Dan 3.6.21 (p. 83,9)

<p>[1] Cuius industriam rex [...] ac divinum aliquod ingenium veneratus filiam ei in matrimonium dedit [...] [2] Ceterum comites ipsius, ut amici mandatis satisfaceret, proxima die suspendio consumpsit. [3] Quod beneficium Amlethus tamquam iniuriam simulata animi molestia prosecutus, aurum a rege compositionis nomine recepit, quod postmodum igni liquatum clam cavatis baculis infundendum curavit.</p>	<p>venerari, veneror, veneratus sum – (hier:) bewundern; amici: (gemeint ist Fengo); suspendium, i n: das Erhängen; prosequi, prosequor, prosecutus sum – verfolgen, begleiten, (hier:) als etwas ansehen; compositio, onis f – (hier:) Wiedergutmachung; liquare, liquo, liquavi, liquatum – schmelzen, verflüssigen; baculus, i m Stab; infundere, infundo, infudi, infusum – hineingießen (+Dat.)</p>
--	--

curavit (vgl. auch oben abradi curavit) – jemand anders machen lassen oder einfach sich kümmern?

Heimkehr

Bei seiner Heimkehr gönnt sich Amleth einen Auftritt...

<p>Dan 3.6.22 (p. 83,16) [3] Cumque triclinium, in quo suae ducebantur exsequiae, squalore obsitus intrasset, maximum omnibus stuporem iniecit, quod obitum eius falso fama vulgaverat. [...] [5] Idem super comitibus interrogatus, ostensis quos gestabat baculis: 'Hic,' inquit, 'et unus et alius est.' [6] Quod utrum verius an iocosius protulerit, nescias. [7] Siquidem ea vox, quamquam a plerisque vana existimata fuerit, a veri tamen habitu non descivit, quae peremptorum loco pensationis eorum pretium demonstrabat.</p>	<p>squalor, oris m – Schmutz, obsitus,a,um von etwas bedeckt; intrasset = intravisset; inicere, inicio, inieci, iniecitum – hineinwerfen, (hier:) jemandem etwas einflößen, bei jemandem für etwas sorgen; obitus, us m – Untergang, Tod; super comitibus = de comitibus; vanus,a,um – sinnlos; a veri habitu desciscere, descisco, descivi, descitum – von der Wahrheit abweichen; quae: bezieht sich auf vox; pensatio, onis f – Kompensation, Wiedergutmachung</p>
---	---

Amleth mischt sich dann zur Freude aller unter die Kellner und schenkt kräftig aus, bis alle Gäste schlafen. Danach reißt er mit seinen einst hergestellten Haken das Gewebe, das seine Mutter in seiner Abwesenheit angefertigt hatte, herunter.

<p>Dan 3.6.24 (p. 83,37) [2] Quam stertentibus superiectam, adhibitis stipitum curvaminibus, adeo inextricabili nodorum artificio colligavit, ut nemo subiectorum, tametsi validius adniteretur, consurgendi effectum assequi posset. [3] Post haec tectis ignem inicit, qui crebrescentibus flammis late incendium spargens totos involvit penates, regiam consumpsit omnesque aut profundum carpentes somnum aut frustra assurgere conantes cremavit.</p> <p>Dan 3.6.25 (p. 84,9) [1] Inde petito Fengonis cubiculo, qui prius a comitibus in tabernaculum perductus fuerat, gladium forte lectulo cohaerentem arripuit suumque eius loco defixit. [2] Excitato deinde patruo, proceres eius igne perire retulit: adesse</p>	<p>quam: (damit ist die Webdecke gemeint); stertere, sterto – schnarchen; curvamen, minis n – Krümmung; stipes, stipitis f m – Stange; inextricabilis, is, e – unentwirrbar; artificium – (Kunst-)Werk; crebrescere – häufiger werden; penates, ium m pl – Hausgötter, (hier:) das Haus; regia, ae f – Palast</p> <p>tabernaculum (hier:) = cubiculum; cohaerere – an etwas (+Dat.) hängen; defigere, defigo, defixi, defixum – hineinstecken (in die leere Schwertscheide); procer, eris m/f Edelmann / Edelfrau, pl Edelleute; succingere, succingo, succinxi, succinctum – ausrüsten; clades, is m (hier:) - Verderber, Mörder; supplicia exigere – die Strafe an jemandem (+Dat.)</p>
--	---

Amlethum veterum uncorum suorum ope succinctum et iam debita paternae cladi supplicia exigere avidum. [3] Ad hanc vocem Fengo lectulo desiliens, dum proprio defectus gladio nequicquam alienum destringere conatur, opprimitur.

[4] Fortem virum aeternoque nomine dignum, qui stultitiae commento prudenter instructus augustiorem mortali ingenio sapientiam admirabili ineptiarum simulatione suppressit nec solum propriae salutis obtentum ab astutia mutuatus ad paternae quoque ultionis copiam, eadem ductum praebente, pervenit! [5] Itaque et se sollerter tutatus et parentem strenue ultus, fortior an sapientior existimari debeat, incertum reliquit.

vollziehen; defectus – (hier:) verlassen von, einer Sache (+Abl.) beraubt; nequicquam – vergebens; destringere – zücken, ziehen

commentum, i n – List, Trug, Lüge; instructus, a, um versehen mit (+Abl.), ausgerüstet mit; augustus, a, um – erhaben, ehrwürdig; ineptiae, arum f pl – Albernheit, Unsinn; obtentus, us m – (hier:) Behauptung, Sicherung; astutia – List, Schlaueit; mutuare, mutuo, mutavi, mutuatum – entleihen, erwerben, mieten; eadem: bezieht sich auf astutia; tutari, tutor, tutatus sum = tueri, tuor; fortior: ergänze davor: utrum

Polysemie inicere

Kollokation somnum carpere

Abl comparationis? mortali ingenio

Akkusativ des Ausrufs

Wiederholung: Deponentien

Rede

Nachdem alles vorbei ist, hält Amleth diese Rede ans dänische Volk:

Dan 4.1.2 (p. 85,14)

[1] [...] 'Non vos moveat, proceres, praesens calamitatis facies, si quos miserabilis Horwendilli exitus movet; non vos, inquam, moveat, quibus in regem fides, in parentem pietas servata est. Parricidae, non regis, intuemini funus. [...] [6] Quis igitur tam amens, ut Fengonis crudelitatem Horwendilliana praeferat pietati?

[7] Mementote, qua vos Horwendillus benevolentia fovit, iustitia coluerit, humanitate dilexerit! [8] Memineritis ademptum vobis mitissimum regem, iustissimum patrem, subrogatum tyrannum, suffectum parricidam, erepta iura, contaminata omnia, pollutam flagitiis patriam, impositum cervicibus iugum, ereptum libertatis arbitrium. [...]

Dan 4.1.3 (p. 85,30)

[1] At nunc his finis, cum suis auctorem criminibus obrutum, suorum poenas scelerum parricidam pependisse cernatis. [2] Quis mediocriter prudens spectator beneficium iniuriae loco duxerit? Quis mentis compos proprium in auctorem scelus recidisse condoleat? [3] Quis cruentissimi lictoris cladem defleat aut crudelissimi tyranni iustum lamentetur interitum? [4] Praesto est auctor rei, quam cernitis. [5] Ego quidem et

quos – irgendjemanden / irgendwelche von euch; quibus: Ablativ, bezieht sich auf vos; parentem: gemeint ist Horwendil; parricida, ae m – (Verwandten-)Mörder

mementote – (Imperativ II:) Erinnert euch daran; zu ademptum, subrogatum usw.: ergänze jeweils esse (→ vorzeitiger AcI); subrogare, subrogo, subrogavi, subrogatum und sufficere, sufficio, suffeci, suffectum: nachwählen, an jemandes Stelle setzen; contaminare und polluere, polluo, pollui, pollutum: beschmutzen, verunreinigen; arbitrium, i n – (hier:) Macht, Geltung

his: Dativ, ergänze est; obruere, obruo, obrui, obrutum – erdrücken, überschütten; poenas pendere, pendo, pependi, pensum – Strafe zahlen für (+Gen.), büßen; loco ducere – etwas (+Akk.) für etwas (+Gen.) halten; mentis compos – vernünftig, klaren Verstandes; cruentus, a, um – blutig; lictor: Liktoren waren eigentlich römische Beamte, die u.a. Todesurteile vollstreckten; lamentari, lamentor, lamentatus sum – beklagen, beweinen; praesto – anwesend, zugegen; prosequi – (hier:) jemanden mit etwas

<p>parentem et patriam ultione prosecutum me fateor. [6] Opus, quod vestris pariter manibus debebatur, exercui. [...]</p>	<p>beschenken; manibus: ist Ablativ (ablativus auctoris)</p>
<p>Dan 4.1.7 (p. 86,39) [...] [2] Ego patriae probrum dilui, matris ignominiam extinxi, tyrannidem repuli, parricidam oppressi, insidiosam patruī manum mutuis insidiis elusi, cuius, si superesset, in dies scelera percrebrescerent. [3] Dolebam et patris et patriae iniuriam; illum extinxi vobis atrociter et supra quam viros decuerat imperantem.</p>	<p>diluere, diluo, dilui, dilutum – vermindern, auflösen; tyrannis, idis f – Tyrannei; repuli = reppuli; scelera: gehört zu cuius; in dies – von Tag zu Tag; (per)crebrescere; supra quam viros decuerat – über das Maß, wie es sich für Männer gehört hätte, hinaus;</p>
<p>[4] Recognoscite beneficium, veneramini ingenium meum, regnum, si merui, date; habetis tanti auctorem muneris, paternae potestatis heredem non degenerem, non parricidam, sed legitimum regni successorem et pium noxae parricidalis ultorem. [5] Debetis mihi recuperatum libertatis beneficium, [...] ademptum oppressoris iugum, excussum parricidae dominium, calcatum tyrannidis sceptrum. [6] Ego servitute vos exui, indui libertate, [...] tyrannum sustuli, carnificem triumphavi. [7] Praemium penes vos est; ipsi meritum nostis, a vestra merces virtute requiritur.'</p>	<p>veneramini: ist Imperativ Plural von venerari, veneror, veneratus sum; zu regnum: ergänze mihi; degener, Gen. eris – unwürdig, aus der Art geschlagen; successor, oris m – Nachfolger; noxa, ae f – Verbrechen, Schaden; recuperare – wiedererlangen, zurückgewinnen; excutere, excutio, excussi, excussum – abschütteln, entreißen; dominium, i n – Herrschaft; calcare – mit Füßen treten; exuere, exuo, exui, exutum – von einer Sache befreien, einer Sache (+Abl.) entkleiden; induere, induo, indui, indutum – bekleiden, versehen mit (+Abl.); carnifex, carnificis m – Henker; penes vos – in eurem Besitz; nostis = novistis</p>
<p>Dan 4.1.8 (p. 87,13) [1] Flexerat hac oratione adolescens omnium animos; quosdam ad miserationem, alios ad lacrimas usque perduxit. [2] At ubi quievit maeror, rex alacri cunctorum acclamatione censetur.</p>	<p>acclamatio, onis f – Zuruf, Akklamation; censere, censeo, censui – (hier:) wählen, als etwas betrachten</p>

Polysemie prosequi (patriam ultione prosequi, beneficium tamquam iniuriam prosecutus)

Interpretationsaufgaben

- Untersuche die Rolle der Mutter im Hinblick auf die Bedeutung ihres Handelns für den Verlauf der Geschichte und die Eigenständigkeit ihres Handelns.
- Entwickle eine begründete Vermutung, wie die Mutter innerlich (z.B.: Nimmt sie die Kritik an? Fühlt sie sich ungerecht behandelt? Wie beurteilt sie ihren Sohn?) und äußerlich (z.B.: Ändert sie ihr Verhalten? Welche Konsequenzen hat dies?) auf die Vorwürfe ihres Sohnes reagiert– der Text selbst berichtet dies nicht. Schreibe dann auf Deutsch einen inneren Monolog, eine Antwort oder einen zusätzlichen Absatz der Geschichte, der von der Mutter erzählt.
- Untersuche die Haltung des Erzählers, indem du Textbelege für seine Subjektivität oder Objektivität zusammenstellst und daraus ein Ergebnis formulierst.
- Stilmittel in der abschließenden Rede